



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXIX. Bestätigung des Papstes Gregor IX. für das Kloster Lehnin, vom Jahre 1227.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Confirmatio Honorii papae tertii super predictis X choris filiginis in Deetz etc. quos prefatus episcopus Gernandus monasterio Lenin contulit.

Neueres Urf.-Verzeichniß.

XXIX. Bestätigung des Papstes Gregor IX. für das Kloster Lehnin, vom Jahre 1227.

Vidimus litterarum Gregorii noni papae, in welchem er unter anderem statuit, daß der ordo monasticus beim Closter Lenin zu ewigen Zeiten verbleiben soll und bestetigt dem Closter alle Freiheiten und Güter, die sie albereit haben und noch bekommen mogen. Anno 1227. Pontificatus I^o.

Neueres Lehniner Urfunden-Verzeichniß.

XXX. Markgraf Johann I. vereignet dem Kloster Lehnin ein Dorf, Namens Derwitz, an der Nuthen gelegen, das der Magdeburgische Ministerial Alverich von Darneburg zum Seelenheil seiner Gattin dem Stifte zuwendet, im Jahre 1228.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes primus, dei gracia Brandenburgensis Marchio. Cum parentes debeant thesaurizare filiis et filiorum interfit, ex hiis exempla uirtutum progenitorum facta contemplari, nos ergo paternis uestigiis inherentes et deriuat in nos formam pietatis imitantes circa personas religionis et loca tanto propensiori affectu et sollerti industria liberalitatis nostre munificenciam ostendere debemus, quanto indubitaciori scientia nouimus, quod hic manentem ciuitatem non habemus, sed futuram inquirimus, ubi longitudo dierum est et glorie plenitudo, in qua nos porcionem habituros per opem misericordie comprobamus. Qua propter Monasterium Lennyn, quod progenitores nostri ad honorem dei et spe uite celestis strenue fundauerunt quod et nos debito affectu et singulari dileccione familiaris amplexamur beneficii specialis adieccione siue per nos solos siue per alios ad hoc nobis cooperantes prout oportunitas se offert, nostre quoque salutis gracia dignum ducimus ampliandum. Igitur notum facimus tam future quam presenti crisi fidelium vniuersitati, quod vir honestus Aluericus de Darneborch, Ministerialis Ecclesie Magdeburgensis, villam quandam, Drewicz nomine, super aquam nute sitam, prope nouum castrum, quod de nobis tenebat, pro anima uxoris sue iam defuncte dilectis fratribus de Lennyn offerre fatagens nobis eandem uillam resignauit. Quam nobis resignatam memorati Aluerici petitionis intuitu ad honorem dei et gloriose genitricis sue semperque uirginis Marie prefato cenobio Lennyn libere contulimus cum omni uilitate prouentuum in siluis, aquis, pratis, agris, uirgulis et miricis aliisque pertinenciis omnibus atque cum ipsius fundi proprietate integrali iure ac perpetuo quiete possidendam. Ut autem donacionis huius memoria posteritati maneat recens et semper uiua, ad ipsius constanciam et vigorem sigilli nostri impressione fecimus donacionem eandem communiri cum subrogacione testium honestorum, quorum nomina sunt hec: Hildebrandus capellanus curie, Richardus de Plawe, Gonpertus de Louborch, Johannes, Richardus, Geue-